

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd in exiliū pulsos Christianos reuocauit, vt hoc pacto ecclesiam magis
diuexaret, & quæ mala contra Christianos excogitauit. Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12718

Quod in exiliū pulsos Christianos reuocauit, ut hoc
pacto ecclesiam magis diuexaret, & quæ ma-
la contra Christianos excogitauit.

CAPVT V.

DVm hæc acri studio molitur, omnes, qui propter reli-
gionē, regnante Constantio, in exilium pulsi fuerāt,
reuocauit, & proscriptis bona sua lege restituit.
Quinetiam populo præcepit, ne quis quenq; Christia-
num vel iniuria afficeret, vel contumelia, néue ad immolā-
dum eos inuitos traheret. Qui autem eorum sua spōte ad
aras forte accederent, vt hi primum dæmones, quos Gen-
tiles à ποτωσίοις, id est, depulsores malorū vocat, pla-
carent, iussit, & expiationibus, quibus ipsi vti solent, pur-
garentur. At clericis omnem immunitatem, honorem, &
frumenti congiaria ipsis à Constantio donata, ademit: le-
gesq; eorū causa cōditas abrogauit, & eos denuo curijs ad
dixit. Porrò à virginibus & viduis, quæ in clerū erant pro-
pter egestatem ascriptæ, ea exigi mandauit, quæ ante ab
zratio publico acceperant. Nam cum Cōstantinus res ec-
clesiæ ritè disposuisset, ex vestigalibus cuiusque ciuitatis
ea, quæ erant satis ad res comparadas necessarias, clero cu-
iusque ecclesiæ erogauit, illudq; lege stabiliuit: quæ lex ex
eo tempore, quo moriebatur Iulianus, haec tenus diligenter
obseruata fuit. Hanc exactionem multò crudelissimā fu-
isse & acerbissimam prædicant. Atq; tabulæ à patribus cō-
fectæ, ad eum finem, vt res, quas ex lege Cōstantini acce-
perant, ita demonstratæ, restituerentur, de his, quæ erant à
Iuliano exacta, planè testificari possunt. Verūm imperator
odiū aduersus religionem Christianam conceptū, non his
rebus exsaturauit, sed flāma iræ contra fidē incensus, nullū
perdiū conatus genus prætermisit, quò ecclesiā dei euer-
teret. Nam pecuniam, monumenta, vasā sacra ex ea abstu-
lit: delubria, regnante Cōstantino, & filio etiam Cōstantio
diruta, eos, qui ea demoliti fuerant, aut denuò ædificare,
aut pecuniæ summā, quæ ad illud præstandum satis æstima-
retur, persoluere coegit. Atq; non modò hi, qui neutram
harum rerum præstare poterant, verūm etiā sacerdotes, cle-
ri, & alij multi Christiani, dū de pecunijs, quæ sacra erāt,

O & ec-

S O Z O M E N I H I S T O R .

& ecclesiarū propriæ, inquisitio fieret, grauiter torquebatur & in carcera etiam conijciebantur. Quare ex his omnibus cōiectura capi potest eum, quanquam in cædibus ciendis, & supplicijs ad corpus cruciandum excoxitandis, paulò moderationis fuit his, qui antè ecclesiam fuerant persecuti, in alijs tamen rebus longe fuisse crudeliorem. Nam constat illum in omnibus acerbè & grauiter eam afflitaſſe, præterquam quod episcopos & sacerdotes temporibus Cōstantij exilio addictos reuocauit. Ac fama est ei non misericordia adductū istud de illis mā datum dedisse, sed vt vel ipſi ob mutuam inter se suscep tam contentionē, bello intestino oppugnarent ecclesiam, & à suis ipſorū legibus institutisq; desciscerent, vel vt ille ipſe Constantij existimationem maleuola obtrectatione læderet. Nam ei iam mortuo odiū per vniuersum imperiū se cōcitatū putabat, si tum Gentiles, vt suæ religionis fautores, obseruantia coleret, tum his, qui eo regnante, propter Christum grauiter cruciabantur, tanquam iniuria affectis misericordem se præberet. Quinetiam eunuchos velut in ēube neuolos, ē palatio exegit. Eusebium item, qui in eius aula principem locum tenuerat, morte mulctauit. Etenim cum iſto priuatim ſibi intercedebant inimicitiæ, propterea q; Gallum fratrem insidijs ab eo paratis imperfectum ſuspiciatur. Aëtium porrò hæresis Eunomianæ authorem exilio à Constantio condemnatum, & ſuspectum præterea, ob confuetudinem quam cum Gallo habuerat, literis per humanitū scriptis, factaque ei potestate quoque iumentorum, quæ ad curſum publicum ſubministrari ſolent, adſe accersiuit. Adde his Eleuſiū epifcopum Cyzici, cui ſimi de cauſa tum in mandatis dedit, grauissima mulcta ei praſcripta, vt ſuis ſumptibus intra bimelle ſpatiū eccleſiam Nouatianorum, quam, imperante Cōstantio, diruerat, denū ãdificaret. Denique alia etiam cōplura reperire licet, quæ propter odium imperatoris Constantij ipſe partim fecerat, partim ab alijs fieri permiferat.

Quod Athanasius apud virginem quandam pudicam & formosam delitescens, poſt ſeptem annos exactos comparuit, & Alexandria ingressus eſt.

C A P V T VI.

Eode